Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Super Lucae evangelium catena - Cod. Aug. pap. 12

Thomas <von Aquin, Heiliger>

[Reichenau], 1442

Cap. XVIII

urn:nbn:de:bsz:31-84729

Visual Library

Caro mea vere est cibus. Circa hoc corpus aquile sunt qui circumvolant spiritualibus alis. Sunt etiam circa corpus aquile que credunt in carne ihesum christum venisse. Est enim etiam in qua per baptismum gratiam spiritus renovamur. Eusebius Vel per aquilas mortuorum cadavera depascentes principes huius seculi denotavit et eos qui illo tempore sanctos dei persequuntur penes quos relinquentur assumptione indigni qui corpus vel cadaver dicuntur. Vel punitrices virtutes que fiunt super impios hic per aquilas denotantur. Augustinus de con. ev. Hec autem que lucas hic ponit non in eo sermone in quo matheus vel recordatur participando ut prius ante moratur quo post a domino dicta sunt vel hic a domino dicta facit intelligi.

Capitulum xviii.

[D]icebat autem et parabolam. Theophilus Postquam erumpnas et periculorum dominus meminit subdit horum remedium quod est oratio iugis et premeditata. Unde dicitur Dicebat autem et parabolam ad illos quoniam oportet semper orare et non deficere. Crisostomus Qui te redemit quid te facere voluit demonstravit. Non vult te cessare in precibus. vult te beneficia meditari. dum petis. vult te rogando accipere. quod benignitas desiderat impertiri. Nec unquam oranti beneficia denegat. qui ut orantes non deficiant sua pietate instigat. Hortamenta domini libenter admitte quod precipit velle debetis si ipse dominus prohibet. Denique considera quanta est tibi concessa felicitas orationibus fabulari cum deo quod desideras postulare qui et si verbis silet tamen beneficiis respondet. Non aspernatur quod petis non tedeat nisi forte tacitus. Beda. Dicendum est autem cum semper orare et non deficere qui canonicis horis non desistit aut omnia que iuste secundum deum dicit et gerit ad orationem sunt reputanda.

Augustinus de questionibus ev. Parabolas autem dominus aut secundum similitudinem ponit sicut de feneratore qui cum duobus debitoribus donasset quod debebant ab eo plus dilectus est cui plus donavit. aut de ipsa similitudine aliquid probat. veluti est illud quod si fenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur. deus sic vestit quanto magis vos modice fidei. Hic ergo iniquus iudex non ex similitudine sed ex dissimilitudine adhibitus est de quo subditur dicens Iudex quidam erat in civitate quadam qui deum non timebat et hominem non verebatur. Theophilus Vide quod impudentem erga homines esse perioris est mali indicium. Deum enim quamplures non timent. at tamen humano cohibentur pudore et ideo minus peccant. Cum ergo sit aliquis impudens etiam quo ad homines tunc excrescit cumulus viciorum. Sequitur Vidua autem quedam erat in illa civitate. Augustinus de quest. ev. Ista vidua potest habere similitudinem ecclesie que desolata videtur donec veniat dominus qui nunc in secreto curam eius gerit. Sed quia sequitur Et adveniebat ad eum dicens vindica me de adversario meo et nolebat per multum tempus. Hic movet cur electi dei se vindicari deposcunt. quod etiam in apocalipsi iohannis de martiribus dicitur. cum aptissime moneamur. ut pro [illegible] et persecutoribus oremus. Intelligendum est autem cum vindicta esse iustorum ut omnes mali pereant. Pereunt autem duobus modis aut conversione ad iusticiam aut amissa per supplicium potestate. Itaque si omnes homines converterentur ad deum. dyabolus tamen remanet in seculi fine dampnandus. Cuius finem cum iusti venire desiderant non absurde vindictam desiderare dicuntur. Cyrillus Vel aliter Multotiens nobis ab aliquibus irrogantur offense. tunc glorificantes esse putabimus ob livorem malorum. Multotiens vero aliqui in ipsam dei gloriam peccant. quod dogmata

diuinum inimicos bellantes tunc deum adiuua
postulantes subsidium et exclamantes contra
impugnantes gloriam eius. Aug. de questionibus
evangeliorum. Apud iniquissimum ergo iudicem us-
que ad effectum implendi desiderii valuit
trahere perseverantia deprecantis. Unde sequitur.
Post hec autem dixit intra se. Et si deum
non timeo nec hominem revereor. tamen quia
molesta est mihi hec vidua vindicabo illam
ne in novissimo veniens sugillet me.
Multo igitur certiores esse debent qui deum
perseveranter rogant. fontem iusticie
atque misericordie. Unde sequitur. Ait autem dominus
Audite quid iudex iniquitatis dicat.
Deus autem non faciet vindictam electorum
suorum clamancium ad se die ac nocte
et pacienciam in illis habebit. Theophil.
q. d. Si iudicem inhumanum scelere quolibet
demulsit assiduitas quanto magis prece
nostra deum flectemus ad pietatem orando
Unde sequitur. Dico autem vobis quia cito
faciet vindictam illorum. Temptavit autem
quidam subtilius. hanc indagare para-
bolam. Dicunt enim viduam esse quamlibet animam
que pristinum virum scilicet dyabolum excludit
ob hoc ei adversantem. Que accedit ad
deum iusticie iudicem qui neque deum timet
Nam ipse solus est deus. Sed nec veretur
homines. Non est enim apud deum personarum
acceptio. huius igitur vidue id est anime supplicantis
iugiter sibi contra dyabolum miseretur deus.
demulcente eum instancia eius. postquam ergo
dominus docuit quod attendum sit in tempore consumationis
orationem propter finale periculum subdit. Verumptamen
filius hominis veniens putas inveniet fi-
dem in terra. Aug. de verbis domini. Dicit
autem hoc dominus de fide que perfecta est. Ipsa
enim vix invenitur in terra. Ecce plena est
ecclesia dei. Quis huc accederet si nulla esset
fides. Quis non montes transferret si
plena esset fides. Beda. Cum autem omni-
potens conditor in forma filii hominis ap-
paruerit. tanta erit raritas electorum ut
non tam ab clamore fidelium quam torpo-
rem aliorum totius mundi sit accelerunda
ruina. Cum autem dominus hec quasi dubitative
dicat. non dubitat sed arguit. Nam et
nos aliquando de rebus quas certas habemus incre-
pative verbum dubitationis ponimus. Ut si di-
cat servus considera forsitan deus meus sum.
Aug. de verbis domini. Hoc autem dominus adiecit
ut ostendat quod si fides deficit oratio perit.
Ergo ut oremus credamus. et ut ipsa fides
non deficiat oremus. fides fundit oratio-
nem. fusa oratio fidei impetrat firmitatem. Dixit
autem et ad quosdam. Aug. de verbis domini. Quia
fides non est superborum sed humilium premisse sub-
iecit parabolam de humilitate et contra superbiam
Unde dicitur. Dixit autem et ad quosdam qui
in se confidebant tamquam iusti et aspernabantur
ceteros parabolam istam. Theo. Quia enim su-
perbia quam alie passiones vexat hominum men-
tes ideo crebrius de hac monet. Est autem
superbia dei contemptus. Quotiens enim aliquis
non deo sed sibi ascribit bona que facit. quid
est aliud quam dei negatio. Causa igitur confidencium
in se ipsis non autem totum attribuencium deo
sed ob hoc etiam ceteros contempnencium para-
bolam proponit ostendens quod iusticia quamvis hominem
approximet deo. si tamen assumat super-
biam ad infima deicit hominem. Unde sequitur.
Duo homines ascenderunt in templum ut
orarent. unus phariseus et alter publicanus.
Gregorius. Diligenciam quidem orationis docuit
nos per viduam et iudicem. hic autem per
phariseum et publicanum docet nos. quomodo sint
ei porrigenda precamina. ne sit infructuo-
sum orationis negocium. Condempnatus est autem
phariseus cum incaute oraret. Nam sequitur.
Phariseus autem stans hec apud se ora-
bat. Theophil. Per hoc quod dicit stans.
elevatum eius animum notat. ipso enim habitu
superbissimus videbatur. Basilius. Dicit autem
apud se orabat. quasi non apud deum
quia ad se ipsum redibat per peccatum superbie.
Sequitur enim. Deus gratias ago tibi.
Aug. de verbis domini. Non reprehenditur.

quia deo gras agebat. sed quia nichil
addi sibi cupiebat. Ergo tam plenus es ia
habundas. Non est quare dicas. Dimitte
nobis debita nostra. Quis est igitur qui impie
oppugnat gratiam si reprehendit qui superbe
agit gratias audiant qui dicunt. Deus
me hominem fecit. ego me iustum facio. o
peior et detestabilior phariseo qui superbe
iustum se dicebat. sed tamen inde deo gras
agebat. Aug de verbis dni. Dicit pharisee
sicut multi homines. Quid est ceteri homines
nisi omnes preter ipsum. Ego inquit iustus
sum. ceteri peccatores. Greg xxiiij mor.
Quatuor quippe sunt quibus omnis tumor
arrogancium demonstratur. Cum bonum aut
a semetipsis habere se estimant. ut si sibi
datum desuper credunt. pro suis se hoc
accepisse meritis putant. aut certe cum
iactant se habere quod non habent. aut de
spectis ceteris singulariter videri appetunt habere
quod habent. Unde et phariseus hic bonorum
operum sibi merita singulariter tribuit. Aug
de verbis dni. Ecce autem ex vicino publica
nus maioris erat ei tumoris occasio. Sed
enim vel uideo etiam hic publicanus q. d. ego
solus sum iste ceteris est. Crisost. Non
enim sufficiat contemptum eius. tota huma
na sed et publicanum aggressus est. Quod e
tiam aut peccasset si publicanum contempsisset
nunc autem uno ibus et absentes inuadit
et vulnera presentis lacessit. Non est autem
gratias actio in vectura aliorum. Si regratiaris
deo ipse tibi tantum sufficiat nec te ad ho
mines transferas nec proximum condempnes
Basilius. Distrepat autem elatus a
contumatore sola habitudine. Is enim talis
uidetur quisque hic autem se mentis temerita
te extollit. Crisost. Qui autem aliis convicia
sibi et aliis multa mala facit. Primo autem
audientem reddit peiorem. quia si fit
peccator fit letior. Cuius in uento collega
Secundo comunitatem eius ledit. Non enim

omnes audientes contristantur cum solum qui
peccauit sed cum vitu proximo contumelias in
fecerunt. Tercio dei gloriam blasphemari
facit. Sicut nobis cum recte agentibus
nomen dei glorificatur. sic nobis peccantibus
blasphematur. Quarto cum qui audivit ob pro
bria confudit imprudenciorem cum et aduer
sarium faciens. Quinto statuit se pene ob
noxium rebus plateis que sibi non competunt
Theos. Expedit autem non solum declinare
a malo sed etiam agere bonum et ideo cum dixis
set non sum sicut adulteri. subiungit
per oppositum. Ieiuno bis in sabbato. Sabbatum
dicebant ebdomadam. ab ultima quiete
die ieiunabant. Ieiunabant enim pharisei
secunda et quinta feria. Sic igitur ieiunia
obicit contra passionem adulterii. Nam ex vo
luptate est lascivia vapacibus ideo et iniusticie
opposuit decimas pluorum. Sequitur enim De
cimas do omnium que possideo. q. d. adeo
rapinas nequitias refugio ut et mea
contribuam. Greg xix mor. Ecce
ciuitatem cordis sui insidiantibus
hostibus per elacionem aperuit quam frustra
per ieiunium et orationes clausit. Incassum
munita sunt cetera cum locus unius de quo
hosti patet aditus munitus non est.
Aug de verbis dni. Quere autem in verbis
eius nichil invenies quod deum rogauit.
Ascendit quidem orare noluit deum
rogare sed se laudare et roganti insul
tare. Publicanum autem cordis conscientia re
mouebat. sed pietas applicabat. Unde
sequitur. Et publicanus alonge stans
nolebat nec oculos ad celum levare. The
ophil. Quamvis autem publicanus stetisse
dicatur distabat tamen a phariseo tam
verbis quam habitu. nec non et corde contri
to. Nam verebatur oculos levare in
celum censens indignos visione super
ne eos qui malunt bona terrena specta
re et querere nec non et pectus tundebat

Sequitur enim Sed percutiebat pectus suum
Cor quodammodo pungens causa cogitacionum
pravarum. nec non excitans ut dormitans
Unde non aliud quam insti[n]ctu[m] correptionis pete-
bat Sequitur dicens deus propicius esto
michi peccatori Crisostomus Audiuit quia non
sum velud hic publicanus nec indig-
natus est sed compunctus. detexit ille vul-
nus. querit hic medicinam. Nemo igitur
illud frigidum proferat verbum Non au-
deo pudorosus sum. non possum aperi-
re os. talis verecundia est dyabolica. vult
enim dyabolus obserare tibi fores accessus ad
deum Augustinus de verbis domini Quid igitur mi-
raris si deus ignoscit. quia ipse agnoscit
Ille de longinquo stabat. deo tamen ap-
propinquabat et eum dominus de prope attendebat
Excelsus enim dominus et humilia respicit.
Nec oculos ad celum leuabat ut respiceret
tremabat conscientia. spe sublevabat. per-
cuciebat pectus suum. penas de se ipso ex-
igebat propterea dominus confitenti parcebat Audis
superbum accusatorem audisti humilem reum
audi nunc iudicem dicentem Amen dico
vobis descendit hic iustificatus in domum
suam ab illo Crisostomus Geminos aurigas
et duas bigas in stadio positas sermo
presens proponit In altera quidem iusticia cum
superbia. in altera peccatum et humilitatem Et
vides bigam peccati superare iusticiam non
propriis viribus. sed humilitatis coniuncte Illam
vero deuictam non fragilitate iusticie sed
mole et tumore superbie Nam sic humili-
tas per sui eminenciam peccati pondus
superat et saliens attingit deum. sic super-
bia ob sui molem de facili iusticiam depri-
mit Si plura facta strenue geris
putas autem te posse presumere. tota caris su-
ti orationis Si vero mille feceris in consciencia
fasces reatuum et hoc solum docte credas
quod es infimus omnium. multam obtinebis apud
deum fiduciam. Et ideo sic sine causam

assignans subdit Quia omnis qui se
exaltat humiliabitur. et qui se humiliat ex-
altabitur. humilitatis nomen multiplex est
Est enim quedam virtus humilitas secundum illud cor
contritum et humiliatum deus non despicit Est
et humilitas ab erumpnis iuxta illud humili-
avit inimicus vitam meam Est et humilitas a
peccatis et superbia et instabilitate di-
uiciarum. Quid enim humilius hiis qui se sub-
mittunt indiuiciis et potentatu et hec
reputat magna. Basilius Similiter cauta
et exaltata laudabiliter contingit quando scilicet
non humilia cogitas. sed mens tua est per mag-
nanimitatem in virtute erecta talis autem
animi celsitudo est eminencia in sermonibus
terrenorum contemptus. quasi pacis medius. Et
indecens huius mentis sublimitas cauda hec
differenciam ad elacionem quam arrogancia
parit. quam hec corpulencia corporis bene
dispositi ad inflacionem carnis cum ydro-
pisi tumet Crisostomus Hec igitur fastus in-
flatis ab ipsis celis potest deprimere non ca-
uentem. humilitas vero et abyssum re-
atuum hominem sublimare hec enim pre phari-
seo publicanum saluauit latronem ante
apostolos in paradisum duxit Illa vero celestia
incorpoream ingressa est potestatem Ceterum si
iuxta delicta humilitas tam facile currit
ut superbiam iusticie transeat. si iusticie
coniunxeris eam. quo non ibit. assistet ipsi
tribunali diuino in medio angelorum cum
fiducia multa Rursus si fastus iusticie
coniunctus eam deprimere potuit. si coniunctus
sit peccato in quantum in gehennam detrudet
Hec dico non ut negligamus iusticiam sed
ut vitemus fastum. Theophilus Sed for-
sitan mirabitur aliquis quo phariseus cum
pauca verba sue laudis protulit condempnatur
Job vero cum plurima fudit coronatur Scilicet
quia phariseus talia dicebat criminando alios
nulla re cogente. Job vero vrgentibus cum
amicis et pressuris prementibus coactus est
propterea virtutes referre ad dei gloriam. ne

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

homines desisterent a prefectu virtutis. **Beda.** Typice autem phariseus est populus iudeorum qui ex iustificationibus legis extollit merita sua. Publicanus vero gentilis est qui longe a deo positus confitetur peccata sua. Quorum unus superbiendo recessit humiliatus; alter lamentando appropinquare meruit exaltatus. ¶ Afferebant autem ad illum. **Theophilus.** Post predicta dominus humilitatem docet per ea que fecit non repellens sed gratanter parvulos admittens, unde dicitur: Afferebant autem ad illum infantes ut eos tangeret. **Augustinus de verbis domini.** Cui afferuntur tangendi nisi salvatori. Sed si salvator est, salvandi offeruntur illi qui venit salvum facere quod perierat. Ubi isti perierant quantum ad ipsos pertinet innocentes? Sed secundum apostolum: Per unum hominem intravit peccatum. Morbum tenent. Veniant ergo parvuli ut languidi ad medicum, perditi ad redemptorem. **Ambrosius.** Durum autem aliquibus videri potest quod discipuli domini infantulos adire prohibebant. Sequitur enim: Quod cum vidissent discipuli, increpabant illos. Ubi vel misterium intelligas vel affectum. Neque enim hoc invidentes ut pueros mentis acerbitate faciebant, sed sedule servitutis obsequium domino deferebant, ne comprimeretur turbis. Respicienda tamen est utilitas mea ubi divinitas in visa est. In misterio autem est quod prius salvari populum iudeorum oportebat qui ex eo secundum carnem nati fuerant, gestiebant. Faciebant quidem misterium, quod utriusque populi vocatio debebatur. Nam et pro chananea mulier supplicaverunt. Unde sequitur: Ihesus autem convocans eos dixit: Sinite parvulos venire ad me et nolite vetare eos. Talium enim est regnum dei. Non etas preferetur etati, alioquin obesset adolescere. Fortasse quia maliciam nesciant, fraudare non noverint, referire non audeant, struturari ignorent opes, honores, ambicionem non appetunt. Sed ignorare ista virtus est, sed contempnere. Non enim virtus est non posse peccare, sed nolle. Non igitur puericia, sed

emula puerilis simplicitatis bonitas designatur. **Beda.** Unde signanter dixit: Talium, non istorum, ut ostenderet non etatem regnare sed mores. Et hiis qui similem habent innocentiam et simplicitatem premia repromitti. **Ambrosius.** Denique hoc salvator expressit dicens: Amen dico vobis quicumque non acceperit regnum dei sicut puer, non intrabit in illud. Quis puer imitandus est apostolis nisi ille de quo ysaias dicit: Puer natus est nobis? Qui cum malediceretur non maledixit. Itaque inpuericia est quedam venerabilis morum senectus et in senectute innocens puericia. **Basilius.** Suscipiemus autem regnum dei ut puer si dispositi fuerimus erga doctrinam domini ut puer in disciplina nequaquam contradicens nec disputans cum magistris, sed credibiliter et obedienter imbibens documenta. **Theophilus.** Gentilium ergo sapientes querentes sapientiam in misterio quod est regnum dei nec volentes hoc absque fide sillogistice probationis admittere merito exclusi sunt ab hoc regno. ¶ Et interrogavit eum quidam princeps etc. **Beda.** Audierat quidam princeps a domino tantum eos qui parvulorum vellent esse similes regnum dei intraturos, atque ideo poscit sibi non per parabolam sed palam quibus operibus mereri vitam eternam consequi exponi. Unde dicitur: Et interrogavit eum quidam princeps dicens: Magister bone, quid faciendo vitam eternam possidebo? **Ambrosius.** Temptator princeps iste magistrum bonum dixit quod deum bonum dicere debuisset. Nam licet in divinitate bonitas sit et in bonitate divinitas, tamen addendo magister bone in parte bonum dixit, non in universo. Nam deus in universitate bonus, homo ex parte. **Cyrillus.** Putavit autem se Christum captare dum vituperaret mosaicum preceptum introducens non vera statuta. Accedit ergo ad magistrum et bonum eum nuncupans

dicit se velle docere. Anima ergo tempta
tiue querebat qui apprehendit sapientes in
astucia sua conuenienter ei respondet.
Nam sequitur dixit autem ei ihesus Quid
me dicis bonum Nemo bonus nisi solus
deus Ambrosius Non bonum se negat
sed bonum signat Bonus quidem est nisi ple
nus pietatis Et si quis monet Quia
nemo bonus moneat illud nisi deus
Et si adeo filius non excipitur utique
nec a bono spiritus non excipitur Nam
quid non bonus ex bono natus Arbor
enim bona bonos fructus facit Quid non
bonus cuius bonitatis substantia excepte assum
pta non degenerauit in filio qui non de
generauit in spiritu Spiritus tuus inquit bonus
deducet me in terram rectam qui si bonus
spiritus qui excipit a filio bonus utique et
ille qui tradidit Itaque quia legis peritus
iste qui temptat sicut in libro alio de
monstratur subdixit Nemo bonus nisi v
nus deus ut admoneret quia scriptum
est Non temptabis dominum deum tuum sed
magis confitetur domino quoniam bonus. Crisostomus
Vel aliter auaro quidem dicere hunc principem
non verebor Nam hoc spiritus ei imperat
temptatorem autem minime. Ieronimus Ergo
tu dicit magister bone quid faciendo etc. q.
d. Bonus es dignare me responsis meis
quia quero doctus sum vetus testamentum
te tamen prestanciorem video non promittentem
terram sed predicantem regnum celorum. Dic ergo
michi quid faciendo vitam eternam potero
possidere ~~quia fides est via ad opera~~ In
tencionem igitur attendens saluator quia fides
est via ad opera ut dixisset ille quid faci
am hac questione amissa in noticia fidei
eum ducit Velud si quis eum interrogaret
medicum quid comedam et ille ostenderet
quod deberent cibum precedere et eum ad pa
trem remittit dicens Quid me dicis
bonum Non quia ipse bonus non esset
Erat enim bonum ex bono pre germen

bonus boni filius. Augustinus de con. euan.
Potest autem videri distare aliquid quod secundum
matheum dicitur Quid me interrogas de bono
Quod ad illud magis referri potest quod ait
ille querens Quid boni faciam Ubi et
et bonum nominauit et interrogauit est Con
modissime igitur intelligitur utrumque dictum
Quid me dicis bonum et quid me interro
gas de bono. Ieronimus Deinde postquam docuit
cognitionem fidei Subiungit mandata nostra
q. d. Cum sis deum nomine tuo aptis
ne queris quid faciam Cirillus Ex
petente autem a principe audire ex primo dice
tem vocauit a mandatis mosaicis et
meis attendas Ad mosaica eum mittit
Unde sequitur Non occides non mechaba
beris Theophilus Primo quidem lex ea
corrigit ad que facilius labimur ut mech
ari cum incentiuum est intrinsecum et natale
et occidere quia in manu bellua furor sed
furtum et falsi testimonij culpam raro
contingit maiore Sed et grauiora illa ex
istunt et ideo scandalum furti et falsi in
testimonium ponit ut rarius fallencia et
leniora Sequitur Non furtum facies non
falsum testimonium dices Basilius Non
est autem intelligendum fures esse solum bur
sarum incisores uel latrocinantes in balne
is Sed et qui duces legionum statuti
uel gubernatores regie ciuitatum aut gentium
hec quidem furtim tollunt hec vero vi
et publice exigunt. Ieronimus Sed videas
in non agendo precepta consiste Quoniam si
mechatus non fuisti castus es Si non
furatus beniuolus Si falsum non testeris
veridicus Attende virtute cum facile
probitatem statuentis Nam mali fugam
ingerit non boni exercitium quolibet autem
quies quolibet est facilior ope. Theophilus
Sed quia in penitens committere quod est magis
sit crimen raro tamen occidit post omnia
ponit honora patrem tuum et matrem Am

brosius Est autem honor non honorificen-
tie. sed etiam largitatis. Honor est enim
deferre primitias. pasce patrem tuum pasce pa-
trem matrem. et si paveris adhuc non red-
didisti dolores et cruciatus quos pro te
passa est. Illi debes quod habes. cui
debes quod es. Quantum iudicium si pascat extra-
neos quos tu pascere nolis. Sed dicis quod ege-
ntibus collatum ecclesie malle conferre
Non querit deus donum de fame parentum
Sed ut pascendos scriptura dicit parentes
ita propter deum relinquendos si impediant
devote mentis affectum. Sequitur. Dicit
ait Hec omnia custodivi a iuventute mea
Ieronimus super Mattheum Mentitur adolescens
Si enim quod positum est in mandatis di-
ligas proximum tuum sicut te ipsum opere
complesset quomodo postea audiens. Vade
et vende omnia que habes et da paupe-
ribus tristis abscessisset. Beda. Vel non est
putandus esse mentitus sed simpliciter
se vixisse scilicet extitisse confessus ali-
quin nequaquam Marcus diceret quod Ihesus intui-
tus eum dilexit eum. Titus. Condit autem
consequenter dominus quod si quis veteris testamentum
peregerit perfectus non est. sed deest ei
sequi Christum. Unde subditur Quo audi-
to Ihesus ait ei Adhuc unum tibi deest
Omnia quecumque habes et da pauperibus
et habebis thesaurum in celo quasi dicat. Queris
quomodo possidenda sit vita eterna. Sparge
facultates pauperibus et obtinebis illam
Parva sunt que impendis magna que
recipis. Athanasius Non enim invicem de-
spicientes putemus grandia quedam abdi-
casse cum tota terra in comparatione celi bre-
vissima. Quapropter si tota terre dominationem
ei abrenunciantes nichil dignum esset in compara-
tione regni celorum. Beda. Quicumque ergo per-
fectus esse voluerit debet vendere. non ex
parte sicut Ananias fecit et Saphira.
sed totum. Crisostomus Unde dicens Omnia

que habes. summam paupertatem suadet. Si
quid enim restiterit illius servus est. Basilius
Non tamen docet facultates vendere eo
quod naturaliter sint prave alioquin creature dei
non essent. Unde eas non tamquam malas
abicere. sed dispensare monuit et condempnatur
aliquis non quia eas possidet. sed quia
eis abusus est. Quo fit ut facultatum secundum
mandatum dei dispensatio et crimina deleat
et regnum conferat. Unde subdit Et da
pauperibus. Crisostomus Potest inde deus ale-
re pauperes et sine hoc quod nos misereamur eorum
sed vult dantes accipientibus dilectionibus a-
stringi. Basilius Dicente autem domino. Da
pauperibus puto non expedire cuique negli-
genter gerere sed omnia diligenter exponere
pauperibus per se ipsum si expertus se habet. Sin
autem per eos de quibus constat quod fideliter et
prudenter disponant. Maledictus enim qui
negligenter perficit opera domini. Crisostomus Sed
illud querere quomodo expedit erogare cunc-
ta pauperibus perfectionis esse fatetur Paulus
autem absque dilectione hoc asserit imperfectum
Sed valde consonat quod subiunxit. Et
veni sequere me. Quod ostenditur ex di-
lectione esse. In hoc enim cognoscent omnes
quod mei estis discipuli. si dilectionem habueritis
ad invicem. Theophilus. Cum paupertate
autem ceteras et virtutes hominem habere oportet
ob hoc ait Et veni sequere me id est in ceteris
esto meus discipulus iugiter me sequens
Cyrillus. Princeps etenim ille vim re-
centis capax non fuit. vetus exter exis-
tens. sed tristicia ruptus est. Unde sequitur
Hijs ille auditis contristatus est quia dives erat
valde. Basilius Mercator non tristatur
in nundinis perficiendo que possidet ac-
quirendo sibi optima tu non tristaris pul-
verem dans ut acquiras vitam beatam
Videns autem illum Ihesus illud ut Theophilus
Cum dives audita opum abiectione tris-
tatus. dominus admiranter locutus est dicit
enim Videns autem Ihesus illum tristem factum

dixit Quam difficile qui pecunias habent in regnum dei intrabunt. Non dicit impossibile esse eos intrare, sed difficile. Possunt enim per divitias adipisci superna, sed difficile est quia inspinose sunt iuste divitie et vix evellitur animus occupatus ab eis. Sed subsequitur ut impossibile hoc indicat cum dicit Facilius est enim camelum per foramen acus transire quam divitem in regnum dei. Nomen quod in greco ponitur equivocum est ad animal quod camelus dicitur et ad rudentem. Quocumque autem modo intelligas impossibile est. Quid ergo dicendum est. Primo quidem quod vocat ita se habet. Aliud enim est dives et aliud yconomus vel dispensator. Dives est qui sibi reservat divitias, yconomus sive dispensator qui ad opus aliorum has tenet. Crisostomus Abraham quidem possidebat opes pauperibus et qui iuste eas possident quasi suscipientes a deo dispensant in divinis mandatis. Qui vero contra deum acquisiverunt et inopportune expendendo faciunt illud aut meretricibus et parasitis dantes vel humi abscondentes, egentibus vero nichil impendentes. Non ergo prohibet ditari sed opibus famulari. Vult ut in necessariis utamur eis, non ut custodiamus. Nam famuli est custodire, sed domini dispensare. Si conservari eas vellet non tradidisset eas hominibus, sed ~~fin~~ sineret in terra iacere. Theophilus Porro attendas illud quod divitem quidem impossibile dicit salvari, possidentem vero divitias difficile, quasi dicat: Dives qui captus est a divitiis et famulatur eis non salvabitur; habens vero illas subiecit qui eis dominatur vix salvabitur causa humane fragilitatis. Conatur enim dyabolus nos supplantare quo adusque possidemus divitias et difficile est fugere decipulas eius. Ideo quod bonum est paupertas et quasi temptatione carens. Crisostomus Nulla enim est divitiarum commoditas aut patiente penuria nec lesio paupertatis aut divitiis affluente. Si autem de testentis indicium est nullus eget et pau

pescentis indigentem palam est quod magis esse pauperem facit magis ditescere. Facilius enim quis in paupertate quam in divitiis opes contempnet. Neque enim talis est ambitus ut per magis habere sedetur, sed per hoc consuevit magis accendi, sicut ignis quanto maiorem suscipit escam. Que autem mala videntur esse in opere communia sunt, que vero divitiarum propria sunt eorum. Augustinus de questionibus euangeliorum Divitem hic appellat cupidum rerum temporalium et de talibus superbientem. Huiusmodi divitibus contrarii sunt pauperes spiritu quorum est regnum celorum. Mystice autem facilius est Christum pati pro dilectoribus seculi quam dilectores seculi ad Christum posse converti. Cameli enim nomine se intelligi voluit quia sponte humiliatus infirmitatis nostre onera sustulit. Per acum autem peccatores signat, per punctiones dolores in passione susceptos. Foramen autem acus dicit angustiam passionis. Crisostomus Hic autem sermo quasi gravius transcendebat discipulorum virtutem. Unde sequitur Et dixerunt qui hoc audiebant Et quis potest salvus fieri. Hoc dixerunt discipuli non de se sed de toto mundo timentes. Augustinus de questionibus euangeliorum Cum autem incomparabiliter maior sit turba pauperum que divitibus perditis potest salvari, intellexerunt omnes qui divitias amant etiam si adipisci nequeant in divitum numero deputari. Sequitur Ait illis Ihesus Que impossibilia sunt apud homines possibilia sunt apud deum. Quod non ita intelligendum est quasi dives cum cupiditate et superbia in regnum dei sit intraturus. Sed possibile est deo ut a cupiditate et superbia ad caritatem et humilitatem convertatur. Theophilus. Apud homines ergo quorum sapit intentio ad terrena impossibilis est salus, ut dictum est; apud deum vero possibilis est. Cum enim homo consiliarium habet deum et iustificationes et doctrinas paupertatis imbiberit necnon eius auxilium invocet hoc fiet possibile. Cyrillus Congrue autem dives

cum multa contempsit recompensationem expec-
tabit. Alium vero pauca possidens ea abdicavit
quod ei secundum esse quaere dicebat. Unde
sequitur: Ait autem Petrus: Ecce dimisimus omnia.
Matheus addit: Quid ergo erit nobis. Be-
da. q. d. Fecimus quod iussisti. Quid igitur da-
bis nobis premium. Et quia non sufficit dimit-
tere omnia iungit quod perfectio est dicens:
Et secuti sumus te. Cyrillus. Illud autem
notandum est dicere quod pauca abrenuntiantes quantum
spectat ad promptitudinem et obedientiam pari laude
cum opulentis pendimur. Paribus namque
affectibus diviciis quas possident abiec-
tionem voluntariam ferunt. Unde sequitur: Amen
dico nobis. Nemo est qui reliquerit domum
aut parentes aut fratres aut uxorem aut
filios aut agros propter regnum dei et non
recipiat multo plura in hoc tempore et in
seculo venturo vitam eternam. Elevat ad ac-
ceptissimam spem omnes audientes incitando
promittens dominus apponit sermoni amen. Doc-
trina enim divina mundum vocante ad fidem
Christi forsitan aliqui respicientes parentes in-
fideles noluerunt eos turbare veniendo ad
fidem. Et similis est racio aliorum cognatorum. De-
serunt autem quidam patrem et matrem et terre
pentele (?) amore despiciunt propter amorem Christi.
Beda. Sensus igitur iste est: Qui propter
regnum dei omnes affectus contempserit omnes
seculi divicias delicias risus (?) conculcavit
multo plura in presenti recipiat. Cuius sine occa-
sione quidam inducunt mille annorum fabulam post
resurrectionem iustorum edificavit quia omnia propter
deum dimittimus multiplici sint fenore
reddenda. Insuper et vita eterna donanda.
Nec vident quod si in ceteris digna sit
repromissio in uxoribus tamen iuxta
alios evangelistas centenus apparet
turpitudo. Presertim cum dominus in resurrectione
nubendum non esse testetur, et iuxta Mar-
cum que dimissa sunt in hoc tempore cum persecu-
tionibus accipienda confirmet, quas illi
mille annis abesse dogmatizant. Cyrillus.
Hac ergo dicimus quod omissis temporalibus

et carnalibus multo maiora sibi aliquis
vendicabit. Quin et apostoli cum pauca dimisissent
obtinuerunt multiplicia dona charismatum et
celebres reputati sunt ubique. Etiamo ergo ille
illis sit domum quis dimittat recipiat man-
siones supernas. Si patrem patrem habebit celeste.
Si agermanus recesserit in fratrem hunc
recipiet Christus. Cum dimiserit coniugem in-
veniet divinam sapientiam a qua producit
spirituales fructus. Inveniet retum celestem
quec tum ita confraternitatem et consortibus
suis propinquum glutinum spirituale colligat. Multo
magis autem in ita gracio sore recipiet caritate. Et
Assumpsit autem Iesus xii etc. Theophil.
Prudens autem salvator ex passione sua dis-
cipulorum animas perturbandas eis longe
ante et passionis sue penam et resur-
rectionis sue gloriam predicit. Unde dicitur:
Assumpsit autem Iesus xii et ait illis:
Ecce ascendimus Ierusalem et consummabuntur
omnia que scripta sunt per prophetas de filio
hominis. Beda. Prudens enim quosdam he-
reticos futuros qui Christum dicerent legi
prophetis quod docuisse contraria addit quod et
prophetarum presagia sue passionis et posterioris
glorie sunt celebrata preconiis. Crisostomus. Seor-
sum tamen de passione cum discipulis
confert. Non enim oportebat hunc sermonem
pluribus devulgari ne turbarentur. Ob
hoc autem predicebat discipulis ut exercitati
per expectationem facilius sustinerent. Cyril-
lus. Et ut sciant quod passionem prenovit
et spontaneus ad eam accessit ne dicerent
qualiter in manus hostium incidit qui nos
promittebat salvare. Unde seriatim or-
dinem passionis enarrat subdens: Tra-
detur enim gentibus et illudetur et fla-
gellabitur et conspuetur. Crisostomus. Hoc Y-
saias predixerat dicens: Dorsum meum dedi flagel-
lis (?) meas ad aliquos et faciem meam non
averti a sputorum dedecore. Sed et crucis

patibulum predixit propheta ubi ait Tradidit in mortem animam suam et cum sceleratis reputatus est. Unde et hic subditur Et postquam flagellaverint occident eum. Sed et resurrectionem eius David predixit dicens Non derelinques animam meam in inferno. Unde et hic subditur Et tertia die resurget. **Ysidorus** Admonuit dementiam querentium cur Christus ante triduum resurrexerit. Si enim resurgeret tardius quam predixerat impotentie esset. celerius vero esset veritatis indicium. Si quis enim tantum possederit suo creditori post triduum persolvere debitum ut iudicium eum inmutabimur dicentes quod non dixerit se resurrecturum post tres dies sed die tertia. habes passionem. habes sabbatum usque ad primam occasionem et post sabbatum resurrexit. **Cyrillus** Discipuli autem nondum noverant exquisite quod prophete predixerant. Sed postquam resurrexit a mortuis aperuit eis sensum ut intelligerent scripturas. Unde sequitur Et ipsi nichil horum intellexerunt. **Beda** Nimia enim discipuli eius vitam maxime desiderabant eius mortem audire non poterant. Et quem non solum hominem innocentem sed et deum verum sciebant hunc nullatenus mori posse putabant. Et quia per parabolas eum sepe loquentem audire consueverant quotiens aliquid de sua passione diceret ad aliud allegorice referendum esse dicebat. Unde sequitur Erat autem verbum istud absconditum ab eis et non intelligebant que dicebantur. Iudei vero quia magnitudinem conspiraverunt quod de sua passione loquebatur dicens de Iohanne baptista exaltari filium hominis intelligebant. Unde dixerunt Nos audivimus ex lege quia Christus manet in eternum et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis. factum est ant ic **Greg. in omel.** Quia carnales adhuc discipuli non valebant capere

verba misterii. venitur ad miraculum ante eorum oculos cecus lumen recipit ut eos ad fidem celestia facta solidarent. Unde dicitur Factum est autem cum appropinquaret Iericho cecus quidam sedebat secus viam mendicans. **Theophilus** Et ne inscius dominus esset inutilis in via fecit ceci miraculum. hoc documentum discipulis suis dans ut in omnibus simus proficui et nichil sit nobis otiosum. **Aug. de questionibus evang.** Possumus de appropinquantibus ad Iericho sic intelligere ut iam inde egressi, prope tamen adhuc essent ad eam civitatem. quod quidem minus usitate dicitur. sed tamen videri posset hoc dictum. quoniam Matheus egredientibus eis ab Iericho dicit illuminatos duos cecos qui iuxta viam sedebant. De numero quippe nulla est questio. si alter evangelistarum de uno tacuisset uno commemorans. nam et Marcus unum commemorat cum eis egredientibus ab Iericho dicit illuminatum eius et nomen dicit et patrem. Ut intelligamus eum fuisse potissimum aliquem ignotum ut merito ille notus esset solus decenter commemoraretur. Sed tamen que sequuntur in evangelio secundum Lucam aptissime ostendunt id quod ipse narrat adhuc venientibus eis ad Iericho factum esse. nichil aliud restat intelligere nisi bis esse factum hoc miraculum semel in uno ceco cum adhuc veniret in illam civitatem, iterum in duobus cum inde egrederetur ut illud unum Lucas, illud alterum Matheus enarraret. **Crisostomus** Multus autem erat populus circa Christum et cecus cum quidem non videret sentiebat autem effectum et rapuit per affectum auditum quod non hausit aspectus. Unde subditur Et cum audiret turbam pretereuntem interrogabat quid hoc esset. Et oculati quidem secundum opinionem loquebantur. dixerunt autem ei quod Ihesus Nazarenus transiret. Cecus vero vera clamabat

alia docetur et alia praedicat. Nam sequitur
Et clamavit dicens Ihesu fili David miserere
mei. Quis te docuit hec o homo. Non pro
legisti libros prophetarum limbus. Unum igitur nescio
lumine mundi vere dominus illuminat cecos. **Cyrillus**
In iudaismo autem nutritus non ignoravit quod
de progenie David deus secundum carnem nasceretur
et ideo ei ut deo loquitur dicens miserere
mei. Hunc audiant qui in duos dividit
Christum. Hic enim Christum tamquam deus adit et
filium David eum nominat. Arguentes autem in
stantiam confessionis eius. Quia dum enim eum
confitentem fidem compescebant. Sequitur
enim Et qui preibant increpabant eum ut taceret.
Sed per inhibicionem huius non impedie
batur eius audacia. Novit enim fides omnibus
repugnare et morum triumphare. Utile
enim est pro cultu divino pudorem deponere.
Nam si causa petitur si impudentes non
nullo pacto salute non deceret bona indu
cere impudencia. Unde sequitur Ipse vero
multo magis clamabat fili David miserere
mei. Sistit autem Christi vox invocantis in
fide et invocantes in fide respicit. Et
eo ipso vocat cecum et accedere iussit. Unde
sequitur Stans autem Ihesus iussit illum ad
duci ad se. Ut scilicet qui prius eum fide
tetigerat appropinquet et corpore. Appropinquante
autem ceco dominus interrogat. Nam sequitur
Et cum appropinquasset interrogavit illum dicens
Quid tibi vis faciam. Dispensative in
terrogat nequaquam ignorans sed ut sciretur
astantes quod non petebat pecuniam sed divi
nam efficaciam ut a deo. Unde sequitur At
ille dixit Domine ut videam. **Crisostomus** Vel
quia calumpniatores veritatis videri possent
dicere ut in ceco nato Non est hic sed similis
eius Voluit ut cecus prius ostenderet de
fectum nature et tunc cognoscat gratie
maiestatem. At ubi peticionem medici ce
cus explicuit tunc cum summa maiestate
precepit ei ut videret. Unde sequitur Et
dixit illi Ihesus Respice. Quod reddi

dabat in carmen prophetice indocens. Quis
enim propheta talia dixit. Aspice tamen quod
asserat medicus ab eo cui collata est
sanitas. Sequitur enim fides tua te salvum fe
cit. Per fidem enim venduntur beneficia diffundi
enim gratia quam suscepit fides. Et sicut a bala
fonte hii quidem prius nasis modicum aque
hauriunt. hii vero maioribus vasis multum fonte non
distinguente mensuras. Et secundum fenestras
que aperiuntur magis vel minus splendor solis
infunditur. Ita secundum capacitatem intencionis
haurietur gratia. Utitur autem vox Christi clave
languentis. Erat enim lumen vere lucis. Unde
sequitur Et confestim vidit. Ac cecus et cum
beneficium fidem ostendit fecundam et post beneficium
benivolentia abfluit. Sequitur enim Et se
quebatur illum magnificans deum. **Cyrillus** Ex
quo patet quod a duplici cecitate liberabatur
corporali scilicet et intellectuali. Neque enim glorificasset
ut deum nisi vere vidisset. Sed et aliis
factus est occasio glorificandi deum. Sequitur enim
Et omnis plebs ut vidit dedit laudem deo.
Beda Non solum pro impetrato munere lucis
sed et meritis fidei impetrantis. **Crisostomus**
Sic autem notandum est quare cur Christus
demoniacum quidem curatum sequi volen
tem prohibet. Cecum autem illuminatum sequente
non prohibet. Sed neutrum irrationale puto.
Illum enim mittit preconem ut existia con
tencia benefactorem predicet. Erat enim excel
lens miraculum videre furiosum sane mentis
effectum. Cecum vero permittit sequi qui in ulti
mam ascendebat per crucem perfuncti alta
misteria. Ut recentem habentes immaculatam
mencionem non existimaret eum infirmitate
pacius quam voluntate pati. **Ambrosius** In hoc
autem ceco typus populi gentilis est
qui fallaciam dominico recepit amisse lucis
claritatem. Nichil autem interest utrum
in uno ceco medicinam an in duobus
accipiat quia ex Cham et Japhet noe

filios originem ducens in duobus cecis Du-
os generis sui ostendebat auctores Greg. in
omel. Vel cecum est genus humanum quod in
parente primo claritatem superne lucis ignorans
dampnacionis sue tenebras patitur. Iericho
autem interpretatur luna. que dum menstruis mo-
mentis decrescit defectum nostre mortalitatis
designat. Dum igitur conditor noster appropinquat
iericho. cecus ad lumen redit. quia dum
diuinitas defectum nostre carnis suscepit.
humanum genus lumen quod amiserat re-
cepit. Qui ergo eterne lucis claritatem
nescit cecus est. Si autem iam redemptorem
credidit qui dixit Ego sum via iuxta
viam sedet et mendicat Illi autem qui
ihesum venientem precedunt designant
carnalium desideriorum turbas tumultusque
viciorum qui priusquam ihesus ad cor nostrum
perueniat. cogitacionem nostram dissipant et
in ipsa nos oracione conturbant. Ipse uero
magis clamabat quia quanto grauiori tu-
multu cogitacionum premimur. tanto oracioni
insistere ardencius debemus. Cum autem ad
huc turbas fantasmatum in oracione patimur.
ihesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum
uero oracioni vehementer insistimus deus in
corde figitur. et lux amissa reparatur. Vel
transire humanitatis est stare diuinitatis
Cecum igitur clamantem dominus transiens
audiuit. stans illuminauit. quia per humanitatem
suam vocibus nostre cecitatis compaciendo
misertus est. sed lumen nobis gracie per
diuinitatis potenciam infudit. Ad hoc
autem requirit qui uelit ut cor ad oracionem
excitet. Petere enim uult hoc quod et
nos petere et se concedere pronunciat Ambros.
Vel interrogauit cecum ut credamus nisi con-
fitentem se posse confiteri. Greg. in omel.
Cecus autem a domino non aurum sed lucem que-
rit et nos non falsas diuicias sed lucem
queramus quam uidere cum solis angelis pos-
simus ad quam lucem via fides est Un-

de recto dicitur Respice fides tua te sal-
uum fecit Qui uidet et sequitur quia bonum
quod intelligit operatur. August. de questionibus euang.
Si autem Iericho lunam et ob hoc mortalita-
tem insinuatur morti appropinquans dominus uidentibus
solis lumen euangelii iusserat predicari quos
signauit ille unus cecus quem lucas commemo-
rat a morte autem resurgens atque ascendens
quos duos apostolos significare uidentur duo ceci
commemorati a matheo Capitulum xix

Et ingressus perambulabat Iericho Ieron.
Zacheus in sicomo-
ro cecus in via quasi
altum dominus inclinatus
expectat altum sic
mansionis claritate
nobilitat de quo dicitur Et ingressus
perambulabat Iericho et ecce uir nomine
Zacheus et hic erat princeps publicanorum
Unus enim deesse desperaret quam iste pieret
tu census ex fraude et ipse quidem
diues ut scias omnes diuites auaros Cy-
rillus. Sed Zacheus in hiis mora non
traxit. sed factus est dignus conuocacione
dei qui remotos illuminat et longinquos uo-
cat. Titus Pullulauit autem in eo semen
salutis quia cupiebat ihesum uidere unde
sequitur Et querebat uidere ihesum quis
esset Ut posset qui numquam eum uiderat
quem si uidisset dudum iam recessisset a ne-
quicia publicana Si quis enim ihesum ui-
det non potest in nequiciis immorari Duo
autem erant impedimenta huic uisioni Nam
retardabat eum populus non tam uiciorum
quam peccatorum erat eciam paruus statura Unde
Et non poterat pre turba quia statura
pusillus erat Ambrosius Quid sibi uult
quod nullius altius stature nisi huius expressit
Vide ne forte malicia pusillus aut adhuc
pusillus fide Non dum enim promiserat cum
ascenderet non dum uiderat xpm Titus

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg